



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Mendacium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Vbi Iudex, secundū probata, & allegata matrimonium coram Deo nullum validum declaravit, cōiuges ab omnibus impudicis actibus abstineāt: & si sit incontinentię periculū, recedat alter ab altero, si sit validum in foro animæ, & nullum in foro fori, contrahant iterum in facie Ecclesiæ. *Ledes. q. 55. art. 11.*

Medicus, vide Infirmus.

1. **M**edicus non potest Doctoratus gradū accipere, aut facultatem medicādi nisi iuret coram Notario, & testib⁹ se seruaturum decretum Pij V. de admonendo statim ægro Confessionis, quam si ille non faciat, de non visitando tertio die, nisi differret de consilio Confessoris. *Ex Pij V. Bulla.*

*De medicorum peccatis *Nau. c. 25. nu. 60.*
Caiet & alij Summist. e. vers. Medicus.

2. Medicus tenetur pauperem, & gratis curare, & ei soluere necessariam medicinam, si potest.

**Vide Naua. l. c. nu. 64. Fu. vers. Medicus num. 1. in fine.*

3. Medicis non debet Iudex negare suspensum ad Anatomiam. **Syl. vers. Medicus 9.*

4. Medicus pretium accipiens immodicum, tenetur restituere, vt qui plus iusto aliquid vendit. **Vide Fum. l. c. n. 3. Nau. n. 63.*

Mendacium, vide Iuramentum.

1. **M**endacium officiosum etiam in iudicio veniale peccatum est: item quod

T 4 fit

fit in re parua etiam in Confessione; etiam si id quidam negent, dicentes esse mortale. *De hoc D. Tho. 22. q. 110.

*Ita Azor. l. 5. cap. 28. *Sot. de ratione teg. memb. 2. q. 7. concl. 2.*

Confessione ζ vide *Confessio, n. 120. Sot. l. c. & l. 5. q. 6. ar. 1. Val. dist. 5. q. 13. art. p. 3.*

Negant ζ *Caiet. q. 110. art. 4. & q. 69. art. 1.*

2 Mentiri in Concione in pertinentibus ad doctrinam, quidam aiunt semper esse mortale, alij non semper: quod intellige, si sit materia leuis.

*Aiunt ζ *Caiet. vers. mendacium, Syl. vers. eodem num. 4. vide Fum. eodem num. 2. si id concionator sciens faciat in doctrina fidei, morum, miraculorum, vaticiniorum. Naua. c. 25. num. 141. Caiet. 2. 2. q. 110. art. 4. in fine D. Thom. 16. ad 5. ita de mendacio in iudico, & doctrina.*

3 Petenti quæ ei reddidisti, potes negare te accepisse, scilicet sic vt ei debeas nunc, & petenti torum, cum solum partem debeas, negare te debere, scilicet quantum petit.

4 Quidam dicunt eum, qui non tenetur respondere ad intentionem rogantis, posse respondere aliquid subintelligendo, id non esse, scilicet ita vt dicere ei teneatur, vel se non habere, scilicet vt ei det. Alij id non admittunt. *Vide *Syl. l. c. m. 6.*

Metus,